

STATUTI,
E
PROVISIONI
DELLA
UNIVERSITA'
DE SPECIALI
DI BRESCIA, E
SVO DISTRETTO:

Novamente Ristampati, ed
aggiunti l'Anno di nostra
Salute 1709.



IN BRESCIA, M.DCCIX.

Dalle Stampe di Giovan Maria Rizzardi,
CON LICENZA DE' SUPERIORI,

Statuti e Provisioni dell'Università degli Speciali,

Tariffario

ATENEIO DI BRESCIA
ACCADEMIA DI SCIENZE
LETTERE ED ARTI

COOPERATIVA
ESERCENTI FARMACIA
DI BRESCIA

**STATUTI 1709
DELL'UNIVERSITÀ DEGLI SPEZIALI
DI BRESCIA E SUO DISTRETTO**

TARIFFARIO 1759

DICEMBRE 1986



Supplemento ai
COMMENTARI DELL'ATENEO DI BRESCIA - per l'anno 1986
Autorizzazione del Tribunale di Brescia N. 64 in data 21 gennaio 1953
Direttore responsabile **UGO VAGLIA**

STAMPERIA FRATELLI GEROLDI - BRESCIA 1986

Edizione anastatica di due documenti fondamentali relativi alla storia degli Speciali di Brescia e suo Distretto: gli Statuti editi nel 1709, e il Tariffario del 1759.

Gli Statuti e Provisioni dell'Università degli Speciali, stampati da Giovan Maria Rizzardi nel 1709, contengono gli statuti promulgati nel 1433 completati con le norme e le varianti successive fino a quella data.

La presente edizione riproduce un raro esemplare conservato presso la Biblioteca della Fondazione "Ugo Da Como" di Lonato, ed è da ritenersi la prima stampa dopo la redazione manoscritta del 1433 offerta in edizione fotografica per i tipi della Sintesi Editrice di Brescia dal Sindaco di Brescia Avv. Cesare Trebeschi ai Congressisti del Symposium della International Society for Neurochemistry nel 1975.

Al volume degli Statuti si accompagna il Tariffario del 1759, prezioso non solo per la storia della farmacia e dell'economia ma anche come testimonianza della vita giornaliera e della salute dei cittadini.

Nei documenti pubblicati meritano attenzione ed interesse le considerazioni delle norme statutarie e l'ordinamento assunto dall'Università degli Speciali nel rispetto del sovrano giudizio del Pien Collegio 21 aprile 1698, che, pure nel trascorrere degli anni e nella inevitabile evoluzione sociale, seppe conservare la propria identità professionale nella realtà e nelle consuetudini dell'ambiente cittadino.

STATUTI,
E
PROVISIONI
DELLA
UNIVERSITA'
DE' SPECIALI
DI BRESCIA, E
SVO DISTRETTO:

Novamente Ristampati, ed
aggiunti l'Anno di nostra
Salute 1709.



IN BRESCIA, M.DCCIX

Dalle Stampe di Giovan Maria Rizzardi,
CON LICENZA DE' SUPERIORI,



S. GIO. BATTISTA

SANCTUS IOANNES
BAPTISTA



S. ANTONIUS DE PADUA

SANCTUS ANTONIUS
DE PADUA

PROTECTORES AROMATARIORUM.

Nomina D. D. Aromatariorum, qui ad tempus impressioni
hujus Libri sunt de Consilio Speciali dictæ Uni-
versitatis . Quæ sunt

D. Jo: Baptista Movellus Prior.

D. Joseph Todeschinus

D. Paulus Emilius Ferenus

} Sindici

D.D. Jo: Paulus Richiadeus

Bernardinus Fogareus

Petrus Paulus Trottus

Petrus Bonomellus

Jo: Baptista Madius

Augustinus Tertius

Febronius Bertellus.

} Consilarii.

NOI REFFORMATORI Dello Studio di Padoa.

HAvendo veduto per la Fede di revisione, & approbatione del P. Fra Vincenzo Maria Maz-
zoleni Inquisitore nel Libro intitolato *Statuti, e Provisio-
ni dell'Università de' Speciali di Brescia, e suo Distretto* non v' es-
ser cos' alcuna contro la S. Fede Cattolica, e parimen-
te per Attestato del Segretario Nostro; niente contro
Prencipi, & buoni costumi, concedemo Licenza á
Gio: Maria Rizzardi Stampatorè in Brescia, che
possa esser stampato, osservando gli ordini in materia
di Stampe, & presentando le solite copie alle Pu-
bliche Librarie di Venezia, & di Padoa.

Dat. 19. Aprile 1709.

{ Ferigo Marcello Proc. Reff.

{ Girolamo Venier Kau. Reff.

{

Agostino Gadaldini Segret.

Illustrissimi Signori Deputati Pubblici.



U' in ogni tempo dalla sempre Generosa Beneficenza di questo Illustrissimo Pubblico , riparato con Paterno Zelo qualunque disordine riguardante l' interesse dell' Università de' Speciali di questa Città , e suo Distretto ; in consonanza di che , fù anco permesso con grazioso Decreto di 29. Giugno passato alli Signori Priore , e Sindici della stessa di poter commettere la ristampa de' suoi Statuti , à fine , che uniti in un solo Volume alle Parti di questo Illustrissimo General Consiglio , e Terminazioni dell' Illustrissima Deputaria concernenti al Governo , ed Amministrazione dell' Università stessa , esigessero da chi deve ubbidirli la più puntuale esecuzione ; Ma per la decadenza dagl' Uffizj de' mentovati Soggetti , essendo rimasto senza effetto l' intento . Noi Gio: Battista Movelli Priore , e Giuseppe Todeschino , e Paolo Emilio Fereno Sindici della medesima Università ; siccome bramosi , che simil opera più che necessaria resti adempita , così avendo fatto estrarre le Copie de' Statuti medesimi negl' Idiomi , che s' attrovavano , ed unite loro le accennate Parti , e Terminazioni ; Ricorriamo alla Veneratissima Protezione di V. V. S. S. Illustrissime umilmente supplicandole di ordinare , che à scanso d' ogni errore , ò equivoco , sia fatto l' incontro con quelle Carte , che

s'attrovavano in questa Cancellaria ; perche di poi ne abbi à seguire il Stampo più sincero : Quale riconoscerà il Decoro dal Benignissimo concorso di V. V. S. S. Illustrissime all'admission della Grazia &c.

Adì 10. Decembre 1708.

Presentata per il Signor Ottavio Martinengo Interveniente, e per nome degli oltrascritti Signori Priore, e Sindici dell' Università de' Speciali à gl' Illustrissimi Signori Deputati Pubblici, ed ordinata l'accettazione ad finem &c.

Adì 17. Decembre 1708.

Gl' Illustrissimi Signori Deputati Pubblici infrascritti considerata la sopra descritta Supplica, hanno terminato, che siano portate in questa Cancellaria le Copie nella Supplica stessa enonciate, quali detti Signori Priore, e Sindici intendono far poner alle Stampe, perche delle medesime, con li registri, e filze in essa Cancellaria esistenti, sia effettuato diligente incontro ad finem &c. omni &c.

✠ Girolamo Durante Abbate

✠ Carlo Durante Avvocato

✠ Pietro Conforto Deputato

✠ Francesco Brunelli Deputato

✠ Lodovico Savoldi Sindaco.

L. ✠ S.

Ludovicus Ponzonus Civit. Brixiaë Cancell.

In

firmatione Statutorum Mercadandiæ prælibatæ, & cætera. Ex certa Scientia mandaverunt pro bonificatione Artis memoratæ ut infra videl. Et hæc omnia relatione Egregii Consulis antefati Domini Baldutii de Longhena Mercatoris, & Civis, & Civitatis Brixiaë habitatoris.

Quod nullus possit exercere Artem Speciarie nisi fuerit Matriculatus.

1 **P**Rimo Statutum, & Ordinatum est, quod nullus audeat, nec præsumat exercere Artem Speciarie in Civitate Brixiaë, nec in Districtu, nisi prius fuerit Matriculatus in dicta Arte, sub pœna librarum viginti quinque planetarum, applicanda pro tertia parte Magnificæ Communitati Brixiaë, pro una alia tertia parte dictæ Universitati, & pro alia tertia parte Accusatori. de qua Matrícula conficiatur unus liber in bona forma, in quo omnes de dicta Arte describantur, qui debet remanere pœnes Massarium dictæ Artis. Et nullus possit exercere dictam Artem, sub pœna de qua supra, nisi reperiarur descriptus in dicto libro. Et tempore, quo aliquis intrare voluerit dictam Matriculam, talis solvat Ducatos quatuor auri dictæ Universitati, nisi Antecessores sui exercuissent dictam Artem, videlicet Pater, vel Avus Paternus, qui non amplius teneatur aliquid solvere.

De electione Massarii, & Sindicorum.

2 **I**tem quod omni Anno in Festo Sancti Joannis Baptistæ omnes dicti Matriculati, & exercentes dictam Artem residentes in Civitate Brixiaë debeant convocari in loco Mercantiaë Mercatorum Brixiaë, vel in alio loco per eorum Consilium eligendo; & ibi Scrutinio eligatur unus Massarius de dicta Arte,

Arte, & duo Sindici, qui habeant durare per Annum, & illi, qui sic fuerint electi non possint amplius eligi, nec nominari ad dicta officia, nisi post lapsum trium Annorum, & qui Massarius, & Sindici teneantur vinculo juramenti, & privationis dictæ Artis statim post eorum electionem, & successivè in dicto Anno saltem per tres vices accedere ad unamquamque Speciarium, & diligenter perquirere si reperirent aliquas res per Statuta, & Leges prohibitas, & si invenirent aliquas res prohibitas, teneantur statim illas comburri facere in via publica juxta Apothecam illius, cujus inventæ fuerint, & etiam tales reperti culpabiles ipso jure, & facto cadant ad pœnam librarum quinquaginta plan. auferenda, & applicanda, ut in præcedenti Statuto, & privationis dictæ Artis, & quòd in dicto eorum Consilio eligatur unus Notarius, qui habeat tenere, & exercere inter se se omnes scripturas, cunctos, & rationes, & alia, quæ fieri contingerint, & simili liter eligatur unus Officialis juratus, qui habeat servire, citare, & alia necessaria ad eorum Artem exercere, & ipsi Notario referre, cum Salariis, ipsi Notarii, ad Officiali in dicto eorum Consilio taxandis.

De non vendendo ad Minutum nisi per Approbatos.

3 **I**tem quod aliqua persona cujusvis status, & conditionis existat, non audeat, nec præsumat vendere, nec vendi facere aliquam rem, quæ spectat ad Artem Speciarie à libris duabus infra, & ab uno pane zuccari infra, nisi sit de Matricula dictæ Artis, & nisi eruditus, & instructus in Arte Speciarie, & Approbatus, & Acceptoratus per Universitatem dictorum Speciariorum, & laudatus per ipsos de sufficientia dictæ Artis, & teneat publicam stationem dictæ Artis in dicta Civitate Brixie, vel ejus Districtu, sub pœna librarum decem planetorum

netorum , pro qualibet vice contrafacienti , cujus pœnæ tertia pars sit inventoris , tertia pars Communis Brixiae , & reliqua deveniat in Artem Speciarîæ , & possit esse accusator quilibet , & habeat ut supra.

De Apothecis tenendis apertis Diebus Festivis.

4 **I**tem pro utilitate , & necessitate publica , omnes Speciarîi possint in diebus Festivis tenere mediam partem Apothecæ apertam , ad hoc , ut Nuntii egrotantium , & Medici possint ad dictas Apothecas ad sui beneplacitum ire pro eorum necessitate , & teneantur continuè tenere in dictis suis Apothecis aliquam Personam idoneam , & approbatam in dicta Arte , quæ habeat expedire dictos nuncios , quam citius erit possibile , & quæ ejus juramento prius debeat expedire nuncios egrotantium , quam aliarum personarum ; Ita tamen . quod non possit tenere extra dictam Apothecam aliquid , & prædicta sub pœna librarum quinque planetorum , toties quoties auferenda , & applicanda ut supra.

Quòd Speciarîi non vendant ad Stochum , neque ad Usuram.

5 **I**tem quod aliqua persona dictæ Artis , seu se exercens in dicta Artæ Speciarîæ , non audeat , nec præsumat præstare , nec præstari facere ad usuram , neque contractum falsum facere , sub pœna privationis exercitationis dictæ Artis Speciarîæ , & Consules Mercadandiæ teneantur , & debeant super hæc procedere pro honore dictæ Artis , & omnium Mercatorum , arcendo etiam famulos dictorum contrahentium ad jurandum , & testificandum superinde pro veritate habenda.

Quod

*Quod Speciarii teneantur parere manda-
tis Syndicorum , & Massarii de
pertinentibus ad Artem
ipsorum.*

6 **I**tem, quòd omnes, & singuli de Universitate Speciario-
rum ad requisitionem Massarii, vel alicujus Syndicorum
dictæ Artis, citati, moniti, vel requisiti, teneantur, & de-
beat comparere coram ipso, vel altero eorum, & ejus, vel
eorum parere mandatis omnibus dumtaxat ad Artem Specia-
riæ tangentibus sub pœna foldorum quinque planetorum quo-
ties fuerit contrafactum applicanda dictæ Universitati, nisi fue-
rint impediti legitimè de qua legitimatione stetur eorum ju-
ramento. Et postquam comparuerint, non inde recedant si-
ne licentia prædictorum Massarii, vel Syndicorum, sub pœna
prædicta, & hoc nisi fuerit eminens, & apparens causa li-
cita recedendi.

*De non portando, nec vendendo res me-
dicinales Forenses compositos.*

7 **I**tem, quod non sit aliqua Persona cujusvis status, & con-
ditionis existat, quæ audeat, vel præsumat rem aliquam
Medicinalem laboratam, seu confectam de extra Civitatem
Brixia, vel ejus districtum spectantem ad Artem Speciarie
portare, nec portari facere pro vendendo in dicta Civitate,
nec Districtu Brixia, sub pœna librarum decem planetorum,
& amissionis dictarum rerum compositarum, applicanda pro
dimidia Communi Brixia, & pro reliqua accusatori, salvo, quod
Theriaca, Mitridatum, Zinziber conditum, Mirabolani con-
diti,

diti, Citra condita, Siropi, & omnia ex Zucharo, & Melle condita, Gallia muse. Alypta muse. possint de alienis partibus portare, & vendi ut supra, absque ulla solutione penæ semper salvis Litteris, & Decretis Illustrissimi D. D. Nostri.

*Quod non liceat emere à Forensibus
Aguas, Olea, & hujusmodi.*

8 **I**tem, quia per Apothecarios sæpe expertum est plures res asportatas de extra Civitatem Brixix, in dictam Civitatem Brixix fuisse falsas, scilicet oleum de amigdalibus dulce, & aquam Capilli veneris, & de similibus, provideatur quod de cetero nulli Speciariorum liceat emere de dictis rebus, scilicet oleis confectis, & aquis cujusvis conditionis ab aliquo Forense, sub penâ librarum quinque planetorum, cuilibet ementi de dictis rebus, & ultra amissionis dictarum rerum.

*Quod Aromatarii teneantur vendere, &
tenere bonas, & laudabiles Specia-
rias, ac Medicinas simplices, &
compositas.*

9 **I**tem, quod omnes, & singuli de Arte Speciarix dictam Artem exercentes teneantur bonas Speciaras simplices, & compositas dumtaxat in suis Apothecis tenere, & vendere, neque sit, qui audeat, nec præsumat, in ejus Apothea rem Medicinæ spectantem, nec Speciem, neque Ceram, nec alterius modi spectantem ad Artem Speciarix falsam, aut falsè confectam tenere, nec vendere, nec teneri, aut vendi facere, nec Confectionem cum amido laborata, nec teneant in eorum
Apothe-

Apothecis aliquas res ultra tempus suæ conservationis, exceptis penidiis. Sub pœna combustionis dictarum rerum falsarum, & librarum quinque planetorum cuilibet contrafacienti quoties contrafiet, applicanda pro dimidia Universitati Speciariorum, & pro alia dimidia Communi Brixix, & credatur accusatori cum uno teste.

De non emendo piperellum, nec garbellaturam, nec ipsis utendo.

10 **I**tem, nulli personarum, tam exercentium dictam Artem Speciarix, quam non exercentium liceat, nec concessum sit per se, nec per alium conducere, nec conduci facere in dictam Civitatem Brixix, nec Districtum, nec ab aliis emere, nec aliqualiter uti piperellum, nec garbellaturam alicujus Speciei sub pœna soldorum viginti pro qualibet libra Specierum piperelli, & garbellaturæ conductorum ut supra, applicanda pro tertia parte accusatori, pro alia tertia Communi Brixix, & pro reliqua Universitati Speciariorum.

De Confectionibus fiendis de bono Zucharo.

11 **I**tem quilibet exercens dictam Artem Speciarix cujusvis, status, & conditionis existat in Civitate Brixix, vel Districtu, non audeat, nec præsumat laborare, seu laborari nec confici facere confectiones aliquas de pulvere Zuchari bassa, nec de amido, sub pœna amissionis dictarum confectionum, & ultra soldorum quinque pro qualibet libra sic laborata; quæ pœna applicetur pro dimidia Communi Brixix, & pro alia dimidia Universitati Speciariorum.

De

14
*De Triacha, & Mitridato non compo-
nendis sine licentia D. D. Consulum
Merchantiæ, & Massarii, ac
Sindicorum dictæ Artis.*

12 **I**tem, quod non sit aliqua persona de Arte prædicta vel alterius modi, quæ audeat, nec præsumat admiscere, seu præstare, nec admisceri, vel præstari facere dispensationem Tyriacæ, nec Mitridati sine licentia D.D. Consulam Mercadandiæ, sive alicujus eorum cum Massario dictæ Artis, vel sine licentia Massarii, & Sindicorum Speciariorum, nec in aliquibus Medicinis ponere, quid pro quo sine licentia Medicorum, sub pœna librarum decem planetorum cuilibet contrafacienti quoties contrafiet applicanda pro tertia Comuni Brixix, pro tertia accusatori, & pro reliqua Universitati prædictæ, & talis mixtura comburatur super hostium conficientis.

*De nomine, & signo Speciariorum
dandis in scriptis.*

13 **I**tem quilibet exercens dictam Artem, aut suo nomine exerceri faciens, seu Apothecam tenens, tam in Civitate Brixix, quàm Districtu, teneatur, & debeat portare in scriptis ad Officium Merchadandiæ Civitatis Brixix nomen suum cum signo suo, sub pœna librarum trium planetorum, & hoc infra tres menses post citationem eis factam, quæ pœna applicetur ut supra.

De Oblatione fienda in Feflo Sancti Joannis Baptifte.

14 **I**tem quilibet Magifter Apothecæ dictæ Artis tam in Civitate Brixæ , quàm Diftrictu perfonaliter fit , & effe debeat ab Oblationem in Feflo Sancti Joannis Baptifte præfentando fe ad Domum Penfæ Merchadandix cum uno duplerio ceræ de libra una pro quolibet , eundo ad dictam Ecclefiam Sancti Joannis Baptifte in Civitate Brixæ , & non excufetur quis mittendo Famulum , aut Filium , aut aliam perfonam , nifi manifefte , & licita obftenta caufa , quæ caufa fit , aut ipfius Patroni infirmitas , aut abfentia à Civitate Brixæ , & fi quis mittat Famulum , vel Filium loco ejus , eo cafu teneatur talis perfonæ dare duos duplerios libræ unius pro quolibet , & quod eo die dictus Patronus non recedat , eundo extra Civitatem Brixæ , fub pœna librarum quinque planetorum , & quod dicta cera fubito fit incantata , & remaneat penes Maffarium dictæ Artis , donec deliberatum fuerit per confilium dictæ Artis Speciarix , quomodo fuerit difpenfandum , dummodo dictæ pecuniæ difpenfentur in Ecclefia , & ad honorem Sancti Joannis Baptifte , nec aliter difpenfari poffit , fub pœna foldorum decem planetorum , applicanda ut fupra.

De Exequiis Aromatariorum.

15 **I**tem cum aliquis Specarius , vel aliquis de Domo ejus mortuus fuerit , omnes , & finguli Magiftri Apothecarum prædictarum perfonaliter intereffe debeant exequiis dicti Defuncti , fi per prius notificatum fuerit illis , & habuerint fcientiam de dicto Defuncto , ad quod finguli Maffarii dictæ Artis teneantur talem prædictis facere notitiam poftquam fibi Maffario avifatum fuerit de dicto mortuo , feu de per fe fcientiam

tiam habuerit de ipso, sub p̄na Massario prædicto soldorum viginti planetorum, & aliis Magistris prædictis soldorum quinque planetorum quoties contrafiet applicanda ut supra.

De Compositione Specierum.

16 **I**tem omnes, & singuli facientes *Artem Speciaræ*, & *Aromata* vendentes teneantur, & debeant piperata facere, seu fieri facere secundum descriptionem infra scriptam sigillatim secundum genera descriptionem earum, de bonis, & non corruptis Speciebus, neque aliquis ipsorum Speciariorum præsumat cum dictis piperatis admiscere, vel admisceri facere aliquam partem piperelli, nec garbellaturę Specierum, neque aliquid aliud præter formam infra scriptarum descriptionum, salvo quod possint etiam piperatam facere, sub descriptione inferius secundo loco descripta, ut meliorem facere possint conditionem, vel bonum forum, sub p̄na librarum quinque planetorum cuilibet prædictorum contrafacienti quoties contrafiet, applicanda ut supra, & ulterius combustionis dictorum piperatorum de falsis rebus confectorum,

Descriptio Piperatorum servanda, tam in Civitate, quàm in Districtu secundum antiquum usum.

17 **P**iperatum finum dulce. Recipe. Cinamomi libras duas cum dimidia, Zinziberis fini libram unam; Piperis oncias tres; Nucis muscatæ; Garioolorum añ. oncias tres: Piperis longi; Galangæ añ. oncias duas; Melegettæ; Cardamomi; Macis añ. onciam unam; Spicæ onciam 5; Croci onciam unam, terreantur subtiliter, & non colorentur cum croco madefacto.

De Piperato dulce communi.

18 **P**iperatum dulce commune . Recipe , Canellæ libras duas cum dimidia ; Zinziberis libram unam cum dimidia ; Piperis libram unam ; Fustium gariofolorum oncias sex ; Nucis muscate oncias sex ; Croci dracmas sex , colorentur modo operantis.

Piperatum forte . Recipe , Piperis libras quatuor , Zinziberis libras duas ; Croci dracmas sex . Colorentur modo operantis.

Discriptio Piperatorum noviter, & secundo loco concessa.

19 **P**iperatum dulce . Recipe , Cinamomi libras duas oncias sex ; Zinziberis fini libram unam ; Nucis muscatæ ; Piperis rotundi ; Gariofolorum añ. oncias tres ; Piperis longi , Galangæ añ. oncias duas , Melegettæ , Macis , Cardamomi añ. onciam unam , Croci onciam unam ; non balneatur crocus.

Piperatum dulce comune . Recipe , Scavezoni libras duas oncias sex , Zinziberis mihini libram unam oncias sex , Piperis rotundi libram unam , Fustorum gariofolorum oncias sex , Nucis muscatæ oncias tres , Croci dracmas sex . Colorentur pro libito.

Piperatum forte . Recipe , Piperis rotundi libras quatuor Zinziberis mihini libras duas , Croci dracmas sex . Colorentur pro libito.

Qualiter adhibeatur fides libris Speciariorum

20 **J**Tem propterea , quod Aromatarii plurimum vendunt ad minutum , & sit necesse illis pro commoditate adventorum suorum , ut suas res vendant , dando nunciis , parvis

pueris, famulis, ancillis, & hujusmodi, quibus est ferè in-
honestum ut habeant testes, neque vocent illas pro singulare,
& posta; Statuatur, quod fides adhibeatur libro, seu libris ra-
tionum singulorum de Universitate prædicta cum juramento
in judicio usque ad summam soldorum quinquaginta planeto-
rum, & plus, & minus arbitrio judicare debentium inspecta
qualitate rei, & conditione personarum pro qualibet vice, &
posta data, ut supra. Calumniati verò, & in fraudem comper-
ti Aromatarii nullatenus hoc statuto gaudeant, sed expectent
Judicis arbitrium in sibi jure reddendo.

Quod electus in Massario recusare non possit officium.

21 **I**tem cum ex consilio Universitatis Speciariorum, quis
electus fuerit Massarius, talis electus non valeat, nec
debeat officium Massariæ recusare sub pœna librarum trium
planetorum ut supra applicanda.

De honorantia danda Massario.

22 **I**tem Singulo Anno elligatur novus Massarius à consi-
lio Universitatis Speciariorum, cui donetur, & detur
à dicta Universitate pro honorantia unum par candelariorum
valoris soldorum sexdecim, & libras quatuor candelarum ce-
ræ, & par unum quantorum camotiæ. Et qui est semel Mas-
sarius electus abinde non elligatur nisi per tres Annos à sua
Massaria.

Quod

19

*Quod Sindici non possint recusare Offi-
cium, & de honorantia ipsorum.*

23 **I**tem per Consilium Universitatis Speciariorum elligan-
tur duo Sindici, qui electi non valeant recusare tale
Officium Sindicatus, sub p̄na etiam Massario recusanti impo-
sita, & tales Sindici teneantur, & debeant omnia, & singula
administrare, maximè utilia, & necessaria juxta auctoritatem
eis impositam per dictum Consilium, quibus Sindicis pro ho-
norantia singulo Anno exhibeantur libre due candellarum ce-
ræ pro quolibet à dicta Universitate, & elligantur modo Mas-
sariorum.

De Taxa, seu Talea imponenda.

24 **I**tem dictis Sindicis cum Massario quantumcumq; non
vocatum fuerit aliquod Consilium, perspecta necessi-
tate per eorum discretionem liceat imponere omnibus, & sin-
gulis Speciaris unam taxam solvendam de summa librarum
trium planetorum ad plus, & ab inde infra, sed ab inde su-
pra non liceat eis imponere taleam, nec prestitos tales nisi de
licentia prius vocati Consilii sui: Et Speciaris, quibus imposita
fuerit talis taxa, solvere teneantur ad terminum per dictos Sin-
dicos, & Massarium præfixum sub p̄na librarum decem planetor.

*De non recusando juramentum deferen-
dum pro pertinentibus ad Artem
Speciariæ.*

25 **I**tem cum delatum fuerit Sacramentum aliquod per Mas-
sarium, & Sindicos, dictis Speciaris, aut alicui de fa-

milia dictorum Speciariorum de rebus ad Artem Speciariz spectantibus, non liceat alicui dictarum personarum tale sacramentum, vel juramentum recusare sub pena librarum centum planetorum applicanda pro medietate Communi Brixiz, & pro reliqua Universitati Speciariorum quatenus fuerit oblatum, & recusatum. Et sub pena refectionis damnorum, & interesse venientium pro tali juramento recusato, quod Sacramentum possit deferri per dictos Massarium, & Syndicos simul cuivis de dictis Speciaris, & cuilibet de eorum familia semper, & quandocumque opus erit, & videbitur ipsi Massario, & Sindicis, ut supra, pro observantia Statutorum, & Ordinum tam Speciariorum, quam Communitatis Brixiz, ac onore, & utilitate Artis Speciariz, & bono, & universo statu omnium Speciariorum.

De ratione reddenda per Massarium, & administrantes negocia Aromatariorum.

26 **I**tem quilibet Massarius Universitatis Speciariorum Brixiz teneatur in fine suæ Massariæ reddere rationem Massario Successori suo una cum Sindicis Succedentibus infra unum Mensem de singulis per eum agitis in sua Massaria; & si restaverit talis Massarius debitor debeat prædicto Successori suo solvisse, & assaldasse tale debitum post quindecim dies à dicto mense quietationis rationis. Et libri rationum Massariæ prædictæ deveniant de Massario in Massarium successive; & prædicta attendantur sub pena librarum decem planetorum applicanda Universitati Speciariorum.



De Policiis rerum venditarum per Speciariorum videndis, & examinandis, & de Salario ipsorum.

27 **I**tem si Speciariorum de dicta Universitate vendentes Aromata fuerint discrepantes cum eumentibus quibusvis de Aromatibus venditis ad credentiam, vel alterius modi, ut contingit sæpe numero, quod eumentes allegant Speciariorum fore nimis caras gravantes se, & cætera. Tunc dicti Sindici, & Massarius sint, & esse intelligantur deputati ad referendum judicare debentibus cum eorum juramento precium, & valorem dictarum rerum, qui iudices postea habeant judicare; Et si dicti Sindici, & Massarius, vel aliquis eorum fuerint suspectus dictis partibus, seu alteri eorum, elligatur per ipsos iudices alius ejus, vel eorum loco non suspectus. Qui Sindici pro eorum salario habeant denarios quatuor planetorum pro quolibet libra planetorum usque ad summam librarum centum planetorum, ab inde verò supra denarios tres pro qualibet libra rei referenda ut supra, quæ solutio exhibeatur dictis Sindicis, vel alteri eorum per dictos Speciariorum vendentes, & personas prædictas eumentes pro medietate; Et item prius dictis Sindicis, & Massario deferatur juramentum prædictum, vel per præfatos Dominos judicare debentes, seu per partes simul litigantes de limitando, & taxando pretia rerum justè, & fideliter.



De executione fienda per Spectabiles Dominos Consules Mercantiæ, & Officiales Brixie de Statutis Speciariorum.

28 **I**tem tam Domini Consules præfatæ Merchadandiæ ; quam Domini Officiales Palatii Communitatis Brixie, & Domini Potestatis Brixie ad requisitionem singulorum de Universitate Speciariorum teneantur, & debeant omnia, & singula in hoc Statuto contenta executioni mandare sub pœna omittentibus, ac resistentibus librarum decem planetorum, applicanda Communi Brixie.

De instantia causarum Aromatariorum.

29 **I**tem Domini Consules Merchadandiæ ad requisitionem singulorum de Universitate Speciariorum teneantur singulas causas, seu differentias coram ipsis vertentes de rebus spectantibus ad Artem Speciarie cum quavis persona communi Collegio decidisse, terminasse, & diffinisse infra terminum unius mensis à die contestationis litis, prout etiam Domini SupraConsules, & Domini de Consilio Mercatorum etiam teneantur diffinire ex Statuto ligante ipsas, & cætera, Quam instantiam prorogare possint semel per mensem, ac iterum per alium mensem.

De juramento præstando per Magnificos D. D. Rectores, & de pactis non fiendis cum Medicis.

30 **I**tem Magnifici Domini Rectores Brixie, & singuli ipsorum ad requisitionem Massarii, vel Sindicorum dictæ Universitatis Speciariorum pro firmitate, & robore par-

tium captarum in Consilio hujus Magnificæ Communitatis super eò quod Medici non apothecas tenere possint, aut medicinas vendant, & debeant, & teneantur compellere ad jurandum, & Sacramentum eis deferre omnes, & singulos Medicos, filios Medicorum, Patres, & singulos Ascendentes, & descendentes, Fratres, Famulos, Uxores, Ancillas, & reliquas personas pro dictis Medicis facientes, aut procurantes, an tales Medici communicent, aut partiantur, seu partem habeant, vel societatem de aliquibus Speciariis cum aliqua persona Communi Collegio, vel Universitate, & si fortiantur aliquod salarium, vel donum, vel prestitum, vel alterius modi commoditatem, vel tributum, vel lucri speciem ad hoc ut ordinent medicinas ad singularem apothecam, vel partialiter ordinent ad apothecas quorumvis Speciariorum specialiter; Et item jurent dicti Medici quod de cetero non accipient, nec pactum facient cum aliqua persona communi Collegio, vel Universitate, ad hoc ut ipsi Medici magis ordinent ad unam apothecam, quam ad aliam, neque alteri persone imponent, aut imponi facient, neque imponenti consentient, aut pro se facienti non assentient ad prædicta, vel aliquod prædictorum committenda; Et ita præfati Domini, ut supra, ad requisitionem Speciariorum antedictorum deferant juramentum singulis Speciariis requisitis, & omnibus de familia, & domo ipsorum, si tales Speciarii partiantur aliquid cum dictis Medicis, vel aliquo ipsorum de lucris medicinarum, aut si cum dictis Medicis habeant societatem, vel partem, vel dent tributum, vel donum, vel prestitum nisi de consensu, & concessis per Universitatem prædictam, seu Consilium ipsius sub pœna singulis Medicis, & singulis Speciariis recusantibus tale juramentum Ducatorum centum auri, applicanda pro tertia præfatis Magnificis Rectoribus, pro tertia Communi Brixie, & pro reliqua Universitati Speciariorum. Quod statutum locum habeat tam in Civitate Brixie, quàm Districtu.

De Famulis Speciariorum per alios acceptandis.

31 **I**tem, quod de cetero nulli Speciariorum de Univerſitate prædicta liceat accipere, nec acceptare in apothecis ipſorum garzonos aliquos, nec famulos ad exercendum Artem Speciarie, qui antea ſtetiffent, vel tunc temporis ſtarent cum aliis Speciaris de Univerſitate prædicta, niſi prius dicti famuli, vel garzoni fuerint concordés cum dictis ſuis primis Dominis, ſeu Patronis, ac habuerint bonam licentiam ab ipſis Dominis, quod credatur ſolum ſi talis primus Patronus per verba ſua fidem fecerit, vel notum buſtitum dederit dicto garzono de concordia ipſorum, vel niſi per Syndicos aliter fuerint diſpenſati auditis partibus, & hoc ſub pœna librarum viginti quinque planetorum contrafacienti auferenda, & Comuni Brixie applicanda pro dimidia, & reliqua Univerſitati prædictæ. Quod Statutum locum habeat tam in Civitate Brixie, quam Diſtrictu.

De non opponendo contra Statutum Speciariorum per aliquem ipſorum.

32 **I**tem non præſumat aliquis de Univerſitate Speciariorum tam in Civitate Brixie, quam Diſtrictu contra hæc Statuta, nec contra Statuta, & Proviſiones Brixie, ac Mercantie mercatorum Brixie clam, nec palam aliquid detrahere, murmurare, aut clamitare, neque aliquid ordinum, & conſtitutionum præſentium malefactum dicere, neque contra illa, aut partem illorum dictorum Statutorum, aliquid procurare, nec vim, aut fraudem alicui ipſorum inferre, & neque contra honorem dictorum Statutorum aliquid intendere, & neque præſumat

præsumat aliquis ignorantiam inobedientiam pretendere alicui ipsorum, nec mandatorum exinde emergentium sub pœna librarum viginti quinque planetorum, sed neque etiam præsumant de quavis provisione, vel alia re consultata in Consilio prædictæ Universitatis, vel electorum ad hæc ordinata, vel capta, aliquid propalare, manifestare, nec malefactum alias dicere, nec alicui earum provisionum contravenire sub pœna prædicta, & ultra sub pœna privationis exercitationis dictæ Artis, nec per se, nec per alium post tres Annos elapsos tunc futuros, salvo quod clam, vel de per se vocatis Syndicis, vel Massario, vel Consilio prædicto unusquisque querelas suas dicere, & porigere valeat; Et item non possit aliquis, nec alicui liceat renunciare alicui Statuto, aut ordini descripto in præsentis Volumine, & si renunciatum fuerit, talis renunciatio sit nulla ipso jure.

De jurisdictione Sp. Dominorum Judicum Clausorum, & Judicum Mercantiæ super contraventionibus.

53 **I**tem quod de omnibus, & quibuscumque controversiis, seu etiam contraventionibus cognosci possit, tam per Sp. Dominos Judices Clausorum, & Victualium, quam etiam per Sp. Dominos Consules Mercantiæ, in quibus contraventionibus quilibet possit esse accusator, & contra ipsos contrafacientes procedi possit etiam per inquisitionem ex officio prout eis melius videbitur, & placuerit dummodo non fiat nisi una condemnatio.



*Quæ Statuta prævaleant Statutis
Speciariorum.*

34 **I**tem, quod Statuta Mercantiæ numero 88. & Criminalia Communis Brixix numero 219. & Statuta Victualium R^{ca} in omnibus casibus prævaleant hujusmodi Statutis Aromatariorum.

In Christi Nomine. Anno Domini millesimo quarringentesimo trigesimo tertio, die nono mensis Augusti: Convocatis, & congregatis infra scriptis Dominis Abbate, & Ancianis negociis Communis Brixix Præsidentibus de mandato, & in præsentia Magnifici, & Generosi Brixix Potestatis Domini Marci Fosdari pro Serenissimo Ducali Dominio Venetiarum in loco Canzelariæ Communis Brixix sitæ in Domibus præfati Dñii nostri contratæ Sanctæ Agathæ dictæ Civitatis, in quibus habitat Præfatus Dominus Potestas, & jura redduntur pro Comuni Brixix sono botti Campanæ Turris Populi, more, & loco solitis pro infra scriptis Specialiter peragendis
D. Joannes de Advocatis Legum Doctor. Abbas.

Petrus de Gnocchis

Canta de Gandino

Antonius de Cataneis

Christophorus de Averoldis

Antonius de Pedrochis

Jacobus de Cominatis

Christophorus de Roncho

Vianinus de Calino

D. Nicolaus de Pedrochis Legum Doctor Advocatus Communis Brixix.

Jacobus de Cocalio }
Antonius de Manerva } Sindici

Antonius

Antonius de Vachis
 Baldutius de Longhena } Relatores Communis Brixiae

D. Jacobus de Sajano Legum Doctor } Additi
 Joannes de Robertis }

Præfati Domini Consilarii toto mentis affectu desiderantes Rempublicam secundum Deum, & Justitiam conservari, tam pro conservatione bonorum morum, & personarum incolumitate, quam rerum honesta comoditate prius per eos diligenter visis, & examinatis omnibus Capitulis, & Ordinibus antescriptis super bonificatione Artis Speciarie notanter editis, quæ omnia matura deliberatione super inde habita, eis visa fuere secundum Deum, & Justitiam, & bonos mores laudabiliter compillaris cum auctoritate, & consensu, ac plena deliberatione præfati Domini Potestatis unanimiter, & concorditer providerunt, & ordinaverunt, & statuerunt, & providendo, statuendo, & ordinando confirmaverunt, & approbaverunt omnia, & singula Capitula, & Ordines in præfati Volumine descriptos, & editos super bonificatione Artis Speciarie, tam Civitatis Brixie, quam Districtus providentes, statuentes, & ordinantes cum auctoritate ut supra, quod in memoratis Civitate Brixie, & Districtu de cetero debeant inviolabiliter observari sub penis in eis, & eorum quolibet annotatis salvis infrascriptis.

Item ordinaverunt, & providerunt cum auctoritate, & consensu præfati Domini Potestatis, quod per totum mensem Augusti præsentem Speciarum quicumque habentes Confectiones, seu Piperata aliter facta, quæ continentur in capitulis antedictis, teneantur, & debeant despazasse dictas Confectiones, & Piperata quoniam dicto termino elapso fiet circha tam in Districtu Brixie, quam in Civitate, & inobedientes, ac in fraudem reperti condemnabuntur secundum formam ordinum prædictorum pro quacunque quantitate.

Item providerunt, & ordinaverunt quod de prædictis omnibus

nibus capitulis, ordinibus, & statuti fiant in Civitate Brixie publice cride, seu proclamationes in solitis locis dictæ Civitatis Brixie, & quod notificetur, & scribatur per ejus Districtum in locis ubi sunt apothecæ Speciarie, ut nullus possit ignorantiam pretendere.

Christophorus de la penna præco Communis, & Populi Brixie retulit se alta voce proclamasse, ac publicasse omnes supra scriptos ordines, capitula, & statuta in Civitate Brixie per loca omnia publica consueta

Die XIII. Augusti M. CCCC. XXXIII.

Franciscus de Malveciis Cancellarius, & Dictator Communis, & Populi Brixie scripsit, & subscripsit ad fidem, robur, & testimonium omnium premissorum.

IN Nomine Domini Nostri Jesu Christi. Anno Domini à nativitate ejusdem millesimo quatringsentesimo quinquagesimo octavo die Martis undecimo Mensis Aprilis indictione

Convocatis, & congregatis infra scriptis Speciaris Universitatis Speciariorum Civitatis in Caminata superiori Domorum officii antefacti jaecentium in Civitate Brixie in contrata ubi dicitur ad Merchadandiam in quibus Domini Consules Mercatoribus quibuscûq; jura redduntur per citationem per Ministrales dicti officii factam tempore antedicto, more, & loco solitis pro infra scriptis Specialiter peragendis.

Nomina quorum sunt videlicet

Laurentius de Sancto Pelegrino

Christophorus de Laude

David de Cortesis

Marcus de Grumello

Philippus de Cummis

Joannes Isachini

Albertinus Valengini

Jacobus Bergognini

Bartolomeus de Valgolio

Gidinus

Gidinus Bergognini
Donadinus de Cerete
Geroldus de Salodio
Joannes de Albino
Cominus de Cadegnano
Thomas de Rayneris
Joannes Petrus de Zono
Philippus de Colionibus
Stephanus Trini de Mediolano
Gratiolus de Bonate
Paganinus Gandaya
Stefaninus de Bayettis
Georgius de Cummis
Lazarus Moranus
Franciscus Bordigacius
Guelmvs Antoni Tirasterii
Joannes Petrus de Sancta Eufemia
Toninus Luchini de Alamanca
Simon de Cavaciis
Adam Zanoni
Franciscus de Padua Speciarius Magistri Ubertini
Christoforus de Monte
Lanzalottus de Sancto Pelegrino
Bernabos de Sancto Pelegrino
Joannes de Viterbo
Gasparinus de Defamadrus
Vincentius Filius Magistri Ventini phisici

Prænominati omnes Speciarii toto mentis affectu desiderantes honorem Artis, & Rempublicam secundum Deum, & Justitiam gubernari, tam pro honore dictæ Artis, & pro conservatione bonorum morum, & personarum incolumitate quam rerum honesta commoditate, prius per eos examinatis omnibus capitulis, statutis, & ordinibus antescryptis super
 bonifica-

bonificatione dictæ Artis Speciarie notanter editis, quæ omnia deliberatione superinde habita, eis visa fuerit secundum Deum, justitiam, & honorem, & bonos mores laudabiliter compillata cum Auctoritate, & Consensu, ab plena deliberatione Dominorum Consulium præfatæ Mercadandie.

Nomina quorum Dominorum Consulium

D. Franciscus de Feroldis Massarius

D. Jacobus de Duchis

D. Alovisius de Capriolo

D. Honorius Zachariæ.

Unanimiter, & concorditer providerunt, ordinaverunt, & statuerunt, & providendo, statuendo, & ordinando confirmaverunt, & approbaverunt omnia, & singula Capitula, Ordines, & Statuta in præfenti Volumine scripta, edita super bonificatione, & honore Artis Speciarie, tam Civitatis Brixie, quam Districtus Providentes, Statuentes, & ordinantes cum auctoritate ut supra, quod in memoratis Civitate Brixie, & Districtu de cetero debeant inviolabiliter observari sub pœna in eis, & eorum quolibet annotatis.

Reperitur in Libro Provisionum Magnificæ Communitatis Brixie sub die duodecima mensis Junii M. CCCC. LVIII. Pars tenoris infra scripti; Quæ quidem Pars capta primo fuit in Concilio Speciali sub die XIII. Julii M. CCCC. LVII. & reformata in Concilio generali die octavo Junii supra scripti M. CCCC. LVIII. ac comprobata in Consilio Generali duorum Annorum una congregato die XII. Junii supra scripti videlicet

35 Perche le da vegiar per la salute publica da consiliar alla salute de corpi de grandi, e piccoli, senza la qual nulla cosa può valer, & perche le dedutto in consuetudine, che li Medici teneno Speciarie de medisine over hanno parte in esse. L'andarà parte chel non sia alcuno, che da mò inanzi habia, ne tenga Speciarie in pena de Ducati cinquecento, vada de le doe parte al

parte al Comune di Bressa, & per la terza parte all' Accusatore da fir scossa si da li Speciari cum chi l'averà parte, como etiam da li ditti Medici . Item che li ditti Medici per si, ne per altro à suo nome non posseno vendere medicine alcune; *Afsegnando termine* de uno mese ali ditti Medici à dover uscir da le ditte Speciarie, over per altra via haverli spazadi sotto la ditte pena, la qual parte fizando confirmada in Consilio Generale ex nunc captum esse intelligatur, che de tre mesi in tre mesi se debba far election de doi Sindici, li quali più fiadi, secundo à quelli parerà conveniente debbia vedere, & *examine simplici*, & compositi haverano li Speciari ne le loro Speciarie, & trovando alcuno simplice, over composito, che non sia laudabile, che in quello caso li Speciari à chi sarà trovade le ditte cose cadano ala pena di perdere ditte cose non laudabile. Item che i Speciari siano obligati à regner ne le loro Speciarie al tempo de la notte persone idonee, & sufficiente, & per poder *subvenir*, & abelmente servir secundo la necessità occurrente sotto la pena de libre vintecinque per ciascheduna volta contrafaranno applicanda ut supra, non derogando tamen per hoc statutis Mercatorum.

Laffrancus de Miliis Cancellarius Communis Brixie
ad fidem premissorum scripsit.

Pasqualis Maripetro Dei Gratia Dux Veneriarum & cer. Nobilibus, & Sapientibus Viris . Francisco Bono de suo mandato Potestati Brixie, & successoribus suis Fidelibus Dilectis salutem, & Dilectionis Affectum . Informati litteris per Virum Nobilem Zaccariam Trivisano Precessorem Vestrum, scriptis de ordine per Consilium illius Civitatis capto, ne medici Apothecam Speciarie teneant, nec in aliqua Apotheca partem habeant. Illum tenore presentium confirmamus, & approbamus, reservata Nobis semper libertate, & arbitrio addendi, corrigendi, & amovendi, ut de tempore in tempus Nobis conveniens videbitur.

Domi-

Domino Leono Dudo Potestati Brixiae :

QUia extat per Consilium illius Civitatis captum fuisse, quod Medici Apothecam Speciarie non teneant nec in aliqua Speciarie Apotheca partem habeant, & id confirmatum Ducalibus Litteris octavo Augusti MCCCGLVIII. datis, eo quia coram Nobis gravatum est id non servari secundum tenorem partis, & confirmationis, & petatum providere. Ideo ex Officio Nostro, cujus interest servari facere partes captas, & confirmationes superinde factas. Requiritur Spect. Vestr. quatenus illius modi partem, & confirmationem superinde factam observare, & observari facere debeatis ut continet. Verum si aliud in contrarium foret Nobis scribere debeatis, ut provideri possit.

Bernardus Iustinianus Miles Advocatus Communis Venetiarum die undecimo Decembris MCCCCLXIII.




Ordini, Parti, e Provisioni, che si devono osservare per li Speciali di Brescia, e suo Distretto.

Die 12. Junii 1629.

Convocato, & congregato Consilio Speciali Magnificæ Civitatis Brixie mandato Illustrissimi D. D. Rectorum in præsentia autem M. Illustr. & Excellentiss. D. Montini de Recatis Vicarii L. T. pro infra scriptis peragendis, quo Consilio adfuerunt Consiliarii infra scripti &c.

D. Pompeus Averoldus Abbas.

D. Franciscus Portulaca Eq. Advocatus.

D. Sigismondus Paraticus,  Deputati.

Octavius Gandinus, &

Alexius Brunellus

Galeatius Chizzola Syndicus.

A N T I A N I.

Julius Paraticus.

Paulus Pontoleus.

Jo: Antonius Odasius.

Faustus Stella.

Jo: Baptista Pontevicus.

Jo: Baptista Sala.

Julius Madius.

Augustinus Lupatinus q. Jo: Bapt.

Hercules Carenzonus.

Hippolitus Mazzola.

In quo Consilio lecta instantia Massarii, & Syndicorum Universitatis Aromatariorum pro obtinenda confirmatione Statutorum nuperrime per ipsam Universitatem reformatorum, & per Augustinum Lupatinum q. Jovitæ, Joannem Crottum de Acerbis, & Jo: Baptistam Fasanam Consiliarios ad hoc electos, & deputatos revisorum, & approbatorum, cum retractatione approbationis, & confirmationis in facto per Consules Mercantiæ hujus Civitatis in hoc judicio incompetentes, posita fuit Pars per D. Abbatem.

C

Quod

Quod dicta Statuta , ut supra reformata , revisa , & approbata confirmentur , & confirmata remaneant , ut observentur , & exequantur firma manente annullatione approbationis , & confirmationis dictorum D.D. Consulium in hoc Judicium incompetentium ; & auditis allegatis per D. Advocatum , Pars ipsa capta fuit de omnibus suffragiis nemine contrario , quæ instantia cum Statutis reformatis , & confirmatis , ut supra sequitur &c.

Abbiamo Noi Anteo Caradori Massaro , Gio: Battista Zabello, e Bernardino Cigali Sindici dell' Università di Speciali riformati, ed in parte anco aggiunti Statuti per il buon' ordine, e governo di essa Università , e per beneficio publico; ed acciò, che abbiano la sua dovuta esecuzione, supplichiamo V. V. Signorie Illustrissime ad approbarli , e decretarli , commettendone l' esecuzione , acciò poi per maggior intelligenza di cadauno siano Stampati. Grazia.

1. Che tutti li Speciali di questa Città , Territorio , e Distretto di Brescia debban' osservare tutti li Statuti della Sp. Università , sotto pena di Ducatti cinquanta ogni volta , che contrafaranno , la qual pena debba andar la terza parte alla Magnifica Città , la terza parte all' Università de' Speciali di questa Città , e l' altra terza parte alli Accusatori.

2. Che essendo sentati il Massaro , e Signori Sindici nel loco solito della Mercanzia debbano far silenzio , ne persona alcuna possa parlare senza licenza del detto Sp. Massaro, ò Signori Sindici , parlando altri , ne meno ardisca far villania, ne detrarre detto Massaro , ò Signori Sindici , sotto pena di lire tre plan. per ogni volta , che contrafarà , applic. all' Università de' Speciali.

3. Che per giusta cagione non ostando il Statuto Cap. 2. possa esser confermato il Sig. Massaro , ovvero li Signori Sindici per un' altr' Anno.

4. Che tutti i Speciali di questa Città , sì di grosso , come di Medi-

di Medicinale, debbano andare ogni volta, che faranno chiamati per il Sig. Massaro, ò Sig. Sindici al Consiglio Generale, ovvero faranno avvisati, sotto pena di lire tre pl. applicata alla Sp. Università di Speciali, non avendo scusa legitima, cioè malattia, ovvero fuori della Città, ovvero licenza del Massaro, qual pena debba scuoder il Sig. Massaro, che sarà per tempora, e non scuodendo debba pagar del suo.

5. Che quelli del Consiglio Speciale debbano andar al Consiglio ogni volta, che faranno comandati dal Signor Massaro, non avendo scusa legitima, qual scusa debba esser conosciuta dal detto Signor Massaro, ovvero Consiglio, sotto pena à chi contrafarà, per ogni volta soldi dici pl. applicata ut supra, sotto pena ut supra.

